Ros Dok Rostocker Dokumentenserver
Dieses Werk wurde Ihnen durch die Universitätsbibliothek Rostock zum Download bereitgestellt.
Für Fragen und Hinweise wenden Sie sich bitte an: digibib.ub@uni-rostock.de

Andreas Metzmaker

Lectori Benevolo S. & O. Quam vis vel vero verius sit ...

Rostochi[i]: Praelo Richeliano, [1658]

http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555429

Druck Freier Zugang PUBLIC DOMAIN



Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0001
DFG

MK-9453.(1.)

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0002
DFG

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555429/phys_0003
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555429/phys_0004
DFG

Inhalt:

(Progr. 1631) G. Schedius, Metaphrasis poet. Jeschajahu proph. concionum.
Funebria in obitum Gust. Adolphi Svec. reg. . habita a G. Schedio, Rect. Sch. Gustr. 1633.
Lessus Regius, Das ist Sehnliche Klag: u. Trawer Schrifft üb. d. . Hintritt . . Gustavi Adolphi . . Autore G. Schedio. 1633.
Progr. 1646. (Lectorum ad orat. invitat Rect. Sch. Gustr. etc.)
" 1648.
" 1649 (I Jan. II März III Dec.)
" 1650. (I. Aug. II Nov.)
" 1652.
" 1653.
" 1655.
" 1658. (I. Oct. II Dom. Laetare. III Juni. IV
" 1663.
Natales Reipublicae Mecklenburgicae sacri. Güstr. 1666.
Joh. Schuttmannus, De mysterio pietatis sub praes. G. Voigtii Güstr. 1671. (Nur Titelblatt.)
Hecht, Disp. log. de formali enunciationis redupl. et spec. sub praes. G. Voigtii, Rectoris . . defendet. Güstrovi (1671.)
Wagner, De oraculis Sibyll. sub pr. Voigtii . . def. Güstr. (1672.)

Progr. 1702. (Contra indifferentiam religionum.)
J. Otto, Theses log. resp. Balcke. Güstr. 1706. Editio II. 1710.
" De veritate rel. christ. . . resp. Starck. Güstr. 1710.
In alterum jubilaeum Lutheranum . . Güstr. 1717.
Seculare laudis sacrificium . . oblatum a nonnullis Athenaei Gustr. Collegis. (1717.)
Thesium misc. decadem . . moderante J. Ottone Rect. prop. D. Sandow. G. 1717.
. . Triumph-Lied . . z. Luth. Jubel-Fest . . G. (1717)
Festum translat. Bibl. Luth. germ. . . celebr. . invit. Richter, Gustr. Rect. (1719.)
. . . . . . Cantata . . (1719.)
Progr. z. Festum saec. II Augustanae Confessionis . . invit. " . . (1730.)
. . . . Cantata . . (1730.) [1730 steht MK. 885²]
Progr. z. Geburtstagsfeier des Herzogs 1731. (Richter, De Henrico Leone)
" " 1732. (" De Alberto et Johanne)
" " [1733 steht MK. 885¹] 1734. (" De rebus Mecklenburgicis -)

NB. Progr. z. Geburtstagsfeier d. Herzogs 1718ff u. a. siehe MC. 74.

Progr. z. Geburtstagsf. des Herzogs. 1735. (Richter ed.)

" " " 1736. (" ")

" " " 1737 (" ")

" " " 1738. (")

" " " 1739. (")

" " " 1741. (")

" " " 1743. (")

" " " 1744. (")

1745.

1746.

1747.

1848 L. Severi Carmen bucolicum ed. Richter. 1747.

1749.

1750.

Philippi Julii ducis Pom. diarium itineris ed. Richter. 1751.

Ex Bibliotheca Academiae Rostochiensis

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0006
DFG

LECTORI BENEVOLO
S. & O.

Qvamvis vel vero verius ſit, qvod ex honeſtioribus Ethnicis jàm olim ſcitè autumavit ſcitiſſimus ille Cicero; *Sine imperio,* inqviens, *nec domus ulla, nec civitas, nec gens, nec hominum univerſum genus ſtare, nec rerum natura omnis, nec ipſe mundus poteſt. Magiſtratibus opus eſt, ſine quorum prudentiâ ac diligentiâ civitas eſſe non poteſt.* Tamen, hujus qvicqvid eſt, ex deteſtabili illud peccato eſt, qvod omnis derivatæ in mundum ſervitutis fons & ſcaturigo eſt. Qvod ſi enim Adamus, communis ille Parens, uni præcepto Dei, Magiſtratus unici, in paradiſo obedire voluiſſet, & liberi nos omnes fuiſſemus & Domini, nulli præterqvā patrio regimini obnoxii, qvod tamen ſubiiſſemus maximè ſpontanei. Atat propter obedientiam uni DOMINO negatam, totius eheu! mundi dominiū & imperium amiſimus nō tantùm, ſed & multis ſubindè Dominis tenemur obedire! imò tàm corrupti, tàm ſumus effreni atq; perditi, ut absq; dominio aliqvo & magiſtratu, ſalvi & incolumes eſſe non ſuſtineamus. Absq; enim regimine foret, non magis in portum ulla Reſp. veniret, qvàm gubernatore deſtitutum, & relictum tempeſtati navigium. Sic enim multi vitam magis irrationalem victuri eſſent qvàm ipſæ brutæ animantes: locupletior pauperiorem, audacior manſuetiorem, nobilior obſcuriorem, magis pium improbior vexaturus, afflicturus, oppreſſurus, conculcaturus eſſet. A Magiſtratu verò unusqvisq; Spiritum qvaſi ac vitæ ſuæ cuſtodiam petere poteſt, qvippe qvi veluti mens eſt in animo, anima in corpore, ſol in cœlo; ſiqvidem ab eo populis conciliatur intelligentia, lux & vita; absq; illo mera eſt hebetudo, tenebræ, mors ipſa.

Gravi

Gravi idipſum cum damno ſuo experti fuerunt Iſraelitæ qvi dum Isboſetho Rege ſuo, licet non Rege, orbati, ἄναρχοι & nullius imperio ſubjecti eſſe anhelabant, propè aberat, ut, durante qvinqvennali duntaxat interregno, in id confuſionis ac miſeriæ barathrum præcipites ſe dediſſent, ut emergere indè non licuerit, niſi certo demum de Magiſtratu ſeriò ſolicitis. Hujus ergo tantâ cupiditate ardebant in univerſum omnes ſubditi, ut qvemcunqve tandem ſortiti Regem fuerint, ambabus ipſum manibus eſſent amplexaturi. Hac fini indicta comitia, & de certo rurſus Magiſtratu eligendo, graviſſimæ inſtitutæ fuerunt deliberationes.

Nos aliqvalem hujus rei hypotypoſin ex 2. Sam. 3. 4 & 5. capp. actu qvodam oratorio ante ipſum jam ſexennium in Schola noſtrâ, per aliqvot tunc temporis Alumnos, repræſentabamus. Memores verò illius Platonici; *bis poſſe, imò ter, dici, qvod pulchrum eſt*; etiamnum de integro Actum iſtum repetemus, hoc fermè ordine, & Oeconomiâ Orationum:

PROLOGUS [NICOLAUS Gerdes Roſtoch.] brevem qvaſi periocham totius actus recenſet.

ELIEZER Rubenita, concilij hujus Præſes [JOHANNES CHRISTOPHORUS Jonich/ Livonus] facto dicendi initio, monet Proceres reliqvarum tribuum, de ſummâ rerum ut decernant, deq; certo iterum Magiſtratu reſtituendo conſultent cordatiſſimè.

HOSEAS Ephraimitarum Princeps [JOHANNES Gantzel/ Parchimenſis] imperio regio, cui Eliezer favere videbatur, prorſus improbato, aliam formam regiminis amplectendam cenſet.

SAPHATIAS Simeonitarum Caput [MARTINUS Kunow Malchinenſ.] Democraticum imperium commendat.

AZA-

AZAREEL Danitarum Primas [MATTHIAS Springinsgut Werbenâ Palæo-March.] Anteceſſorum opinionem averſans ad Ariſtocratian ſeſe prodit inclinatiorem.

ABIESER Manaſſita [MARTINUS Braſche Stralſund.] eidem adſtipulatur.

OMRI ex tribu Iſaſcharis [WILHELMUS Spalding Malchin] Confutatis, qvæ Abieſer adduxerat, argumentis, pro Monarchia & imperio regio verba facit.

ELIEZER Præſes, reliqvis tacendo qvaſi conſentientibus, & ipſe hanc formam regiminis optimam eſſe arbitratur.

SERAIAS Secretarius [LAURENTIUS ARNOLDUS Meinhardt Guſtrov.] juſſu Præſidis & cæterorum Procerum, populo foris expectanti aperit, fore ut Rex denuo Iſraeli conſtituatur.

ACTUARIUS [JOACHIMUS Nickrantz Guſtrov.] interea temporis leges regias, Davidi â Judæis præſcriptas, è chartâ recitare jubetur.

PRÆSES â Serajâ, de populi jàm aſſenſu, certior factus, porrò deliberare Optimates cohortatur, ſitne ſucceſſio, an libera electio in creando ſibi Rege obſervanda?

SIBECHAI Benjaminita [WILHELMUS JOHANNES Küſel Roſtoch.] illam præferendam putat.

JIDDO Manaſſita ex Gilead [LAURENTIUS Wallfeld Guſtrov.] urget electionem.

ELIESER Præſes hanc ipſam qvoq; ratam habens de virtutibus futuro Regi qvàm maximè neceſſariis ut cordatè ediſſerant etiam reliqvi Procerum, monet.

HEBERUS Aſſerita [JOHANNES Krüger Guſtrov.] de primariis eligendi Regis virtutibus concionatur.

JERIMOTH Naphtalita [JACOBUS Pölchow Boitzenburgenſis] ſubjungit ſecundarias.

JIS-

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0009
DFG

JISMAIAS Sebulonita [JOACHIMUS Stechow Theſſinenſ.] Davidi præ aliis deferendum ſceptrum autumat.

EZRI Gadita [JOHANNES Boje Boitzenburgenſ.] Davidem reſpuens invehitur in ipſum ſatis audacter.

JASIEL Abneri Filius [ALEXANDER CHRISTOPHORUS Kirchberg Roſtoch.] refutatis, qvæ hic effutiverat, ſcommatibus, Davidi patrocinatur.

EZRI demum & ipſe in eligendo Davide acqvieſcit.

PRÆSES hoc tanto conſenſu ſummoperè delectatus, concilium dimittit, inq; craſtinum eodem ut conveniant porrò deliberaturi, amicè cohortatur.

EPILOGUS [JOACHIMUS HENRICUS Taumann Brühlenſis] toti deniq; actioni finem imponit.

Iſthæc omnia peragentur, cum BONO DEO, in Scholâ noſtrâ, die craſtino, horis â 1. pomerid. Vos, Viri docti omnium Ordinum, DNN. Mæcenates, Fautores atq; Amici ætatem colendi, deamandi, ne quæſo dedignamini ſcholaſticis bujusſcemodi exercitiis intereſſe. Fieri enim poteſt, ut honorificâ veſtrâ frequentiâ non modò ſuprà dictorum, ſed & reliquorum ſtudia excitentur.

Guſtrovi. 18. Octobr. Anno 1658.

ANDREAS Metzmacher/
Sch. ibid. Rector.

ROSTOCHI
Prælo RICHELIANO.

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0011
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn742555429/phys_0012
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de
/rosdok/ppn742555429/phys_0013
DFG

Universitäts Bibliothek Rostock
http://purl.uni-rostock.de /rosdok/ppn742555429/phys_0014
DFG

AZAREEL Danitarum Primas [MAT
Springinsgut Werbenâ Palæo-March.] Anteceſſo
nem averſans ad Ariſtocratian ſeſe prodit inclinati

ABIESER Manaſſita [MARTINUS Q
ſund.] eidem adſtipulatur.

OMRI ex tribu Iſaſcharis [WILHELMU
Malchin] Confutatis, qvæ Abieſer adduxerat, arg
Monarchia & imperio regio verba facit.

ELIEZER Præſes, reliqvis tacendo qvaſi c
bus, & ipſe hanc formam regiminis optimam eſſe a

SERAIAS Secretarius [LAURENT
NOLDUS Meinhardi Guſtrov.] juſſu Præſidi
rum Procerum, populo foris expectanti aperit, for
nuo Iſraeli conſtituatur.

ACTUARIUS [JOACHIMUS Nitkrān
interea temporis leges regias, Davidi â Judæis p
chartâ recitare jubetur.

PRÆSES â Serajâ, de populi jàm aſſenſu, c
porrò deliberare Optimates cohortatur, ſitne succe
ra electio in creando ſibi Rege obſervanda?

SIBECHAI Benjaminita [WILHEL
HANNES Küſel Roſtoch.] illam præferendam p

JIDDO Manaſſita ex Gilead [LAURENT
feld Guſtrov.] urget electionem.

ELIESER Præſes hanc ipſam qvoq; ratam ha
tutibus futuro Regi qvàm maximè neceſſariis ut co
rant etiam reliqvi Procerum, monet.

HEBERUS Aſſerita [JOHANNES Krüge
de primariis eligendi Regis virtutibus concionatu

JERIMOTH Naphtalita [JACOBUS Pölch
burgenſis] ſubjungit ſecundarias.